

## Szent Bonaventura: *In quatuor libros sententiarum, lib. III, dist. 9, art. 1, q. 2.*

(*Doctoris Seraphici S. Bonaventurae S. R. E. Episcopi Cardinalis Opera omnia ...*, kiad. Collegium S. Bonaventurae, Quaracchi 1882–1902, III, 202–205.)

Utrum cultus latriae exhiberi debeat imagini Christi.

Secundo quaeritur, utrum cultus latriae exhiberi debeat imagini Christi. Et quod sic, videtur:

1. Primo per Damascenum, quarto libro: *Honor imaginis refertur ad prototypum*: ergo idem est adorare imaginem et eum cujus est imago: ergo si Christus colendus est cultu latriae, videtur, quod ejus imago similiter.

2. Item, Abraham adoravit tres viros, et in his adoravit sanctam Trinitatem, secundum quod Glossae exponunt: si igitur illi tres viri non erant Trinitas summa, sed eam significabant; ergo latriae cultus non solum debetur rei significatae, sed etiam signo. Cum ergo imago Christi sit eius signum, videtur, quod ei sit cultus latriae exhibendus.

3. Item, homo loquitur ad imaginem in suis petitionibus, ergo loquitur ad imaginem, sicut ad personam rationalis creaturae, igitur sic loquitur ad imaginem Christi, sicut ad Christum; et sicut loquitur, sic colit et adorat: ergo debet adorare imaginem Christi, sicut Christum.

4. Item, eandem reverentiam exhibemus et exhibere debemus imagini beatae Virginis quam ipsi Virgini, et sic de aliis Sanctis: ergo et eadem reverentia exhibenda est imagini Christi, sicut ipsi Christo; sed Christo exhibetur cultus, sive honor latriae: ergo debet exhiberi imagini suae.

Sed contra: 1. Exodi vigesimo, in primo mandato: *Non facies tibi imaginem neque sculptam similitudinem*: si ergo prohibitum est, imaginem fieri, multo magis et adorari.

2. Item, Damascenus, capitulo de Imaginibus: *Magnae impietatis et insipientiae est figurari quod divinitatis est*: ergo maioris impietatis est adorare iam figuratum.

3. Item, melior est creatura vivens quam non vivens, quia similior est summae vitae: si ergo huiusmodi imagines non sunt viventes, minus sunt dignae honore quam talpae et vespertiones. Si ergo impium est adorare vespertiones et talpas, multo magis huiusmodi imagines.

4. Item, nobilior et melior est imago divinitus impressa

6–7 Ioan. Dam., *De fide orthodoxa*, IV,16 (PG 94, 1169); versio Burgundii, c. 89, n. 1 (*Saint John Damascene, De fide orthodoxa. Versions of Burgundio and Cerbanus*, kiad. Buytaert, Eligius M., St. Bonaventure, N.Y. 1955, 331); cf. Bas. Magn., *De Spiritu S.*, 18 (PG 32, 149) | 12–13 Glossa ordinaria, marg. ad Gn 18,2 | 26–27 Ex 20,4 | 29–30 Ioan. Dam., loc. cit.; versio Burgundii, c. 89, n. 3 (Buytaert, 332)

A latria kultuszát tartozunk-e nyújtani Krisztus képének?

Másodszor azt kérdezzük, hogy a latria kultuszát tartozunk-e nyújtani Krisztus képének. És hogy igen, azt [a következőkből] látjuk:

1. Először a Damaszkuszival, a negyedik könyv alapján [mondjuk]: *A kép tisztelete a prototypushoz vezetetik vissza*; tehát ugyanaz imádni a képet és azt, akié a kép; tehát ha Krisztus a latria kultuszával tisztelendő, akkor látnivaló, hogy az ő képe hasonlóképpen.

2. Aztán, Ábrahám imádta a három férfit, és bennük a Szentháromságot imádta, aminek alapján a Glosszák így fejtegetnek: ha az a három férfi nem volt a Szentháromság teljessége, hanem azt jelölték; akkor tehát a latria kultusza nemcsak a jelölt dolognak jár, hanem a jelnek is. Mivel tehát Krisztus képe az ő jele, látnivaló, hogy azt a latria kultuszában kell részesíteni.

3. Aztán, az ember a könyörgéseiben a képhez beszél, azaz úgy beszél a képhez, ahogy a racionális teremtmény személyéhez, tehát úgy beszél Krisztus képéhez, ahogy Krisztushoz; és ahogy beszél, úgy tisztel és imád: tehát úgy kell imádni Krisztus képét, ahogy Krisztust.

4. Aztán, ugyanazt a tiszteletadást tanúsítjuk és tartozunk tanúsítani a boldogságos Szűz képének, mint magának a Szűznek, és így van más szentekkel is: tehát ugyanaz a tiszteletadás tanúsítandó Krisztus képének, mint magának Krisztusnak; de Krisztusnak a latria kultuszát avagy tiszteletét tanúsítjuk: tehát ezt kell tanúsítani a képének is.

De ezzel szemben: 1. A Kivonulás huszadik [fejezetében]: *Ne csinálj magadnak képet, sem faragott hasonmást*: ha tehát meg van tiltva a képek készítése, akkor még sokkal inkább az imádása.

2. Aztán, a Damaszkuszi a képekről szóló fejezetben: *Nagy hitetlenség és oktalanság ábrázolni azt, ami isteni*: tehát még nagyobb hitetlenség imádni az ábrázoltat.

3. Aztán, jobb az élő teremtmény, mint a nem élő, mert hasonlőbb a legfőbb élethez: ha tehát az efféle képek nem élők, kevésbé méltók a tiszteletre, mint a vakondok és a denevérek. Ha tehát istentelen imádni a denevéreket és a vakondokat, sokkal inkább az az efféle képeket.

4. Aztán, nemesebb és jobb az Isten által benyomott kép, mint az ember által faragott; de ha bűnt követ el, aki imádja az ördögöt vagy a bűnös embert, amelybe az Úr képe

quam ab hominibus sculpta; sed si quis adoraret diabolum vel hominem peccatorem, in quo est imago Domini impressa, peccaret: ergo multo magis qui adorat hujusmodi imagines.

5. Item, fortius fugiendus est ritus idololatriae quam legalis caeremoniae; sed Ecclesia fugit ritum caeremoniae legalis, ne videatur iudaizare: pari ergo ratione debet fugere ritum idololatriae, ne videatur idololatrare. Ergo si cultus idololatriae consistebat in veneratione imaginum et picturarum, videtur, quod talia non sint adoranda.

6. Item, cum huiusmodi imagines nec per novum, nec per vetus Testamentum approbentur, videtur, quod earum introductio fuerit novitatis praesumptio: si igitur talia sunt extirpanda, videtur, quod talia non sunt colenda.

Conclusio: Imagini Christi debet cultus latriae exhiberi.

Respondeo: Dicendum, quod imaginum introductio in Ecclesia non fuit absque rationabili causa. Introductae enim fuerunt propter triplicem causam, videlicet propter simplicium ruditatem, propter affectuum tarditatem et propter memoriae labilitatem. — Propter simplicium ruditatem inventae sunt, ut simplices, qui non possunt scripturas legere, in huiusmodi sculpturis et picturis tanquam in scripturis apertius possint sacramenta nostrae fidei legere. — Propter affectus tarditatem similiter introductae sunt, videlicet ut homines, qui non excitantur ad devotionem in his quae pro nobis Christus gessit, dum illa aure percipiunt, saltem excitentur, dum eadem in figuris et picturis tanquam praesentia oculis corporeis cernunt. Plus enim excitatur affectus noster per ea quae videt, quam per ea quae audit. Unde Horatius:

*Segnius irritant animos demissa per aurem,*

*Quam quae sunt oculis subiecta fidelibus, et quae*

*Ipse sibi tradit spectator.*

Propter memoriae labilitatem, quia ea quae audiuntur solum, facilius traduntur oblivioni, quam ea quae videntur. Frequenter enim verificatur in multis illud quod consuevit dici: verbum intrat per unam aurem et exit per aliam. Praeterea, non semper est praesto qui beneficia nobis praestita ad memoriam reducat per verba. Ideo dispensatione Dei factum est, ut imagines fierent praecipue in ecclesiis, ut videntes eas recordemur de beneficiis nobis impensis et Sanctorum operibus virtuosus.

Quoniam igitur imago Christi introducta est ad repraesentandum eum qui pro nobis crucifixus est, nec offert se nobis pro se, sed pro illo; ideo omnis reverentia, quae ei

45 van belenyomva: akkor sokkal inkább [bűnt követ el], aki imádja az efféle képeket.

5. Aztán, erősebben elkerülendő a bálványimádás rítusa, mint a törvényes szertartásé; de az egyház elkerüli a törvényes szertartás rítusát, nehogy judaizálni láttassék: tehát kevés ok kell hozzá, hogy elkerüljük a bálványimádás rítusát, nehogy bálványt imádni láttassunk. Ha tehát a bálványimádás kultusza a képek és festmények tiszteletében áll, látjuk, hogy azok nem imálandók.

6. Aztán, mivel az efféle képeket sem az Új-, sem az Ószövetség nem hagyja jóvá, látjuk, hogy a bevezetésük az újdonságra való merészkedés volt: ha tehát ezek kiirtandók, látjuk, hogy nem tisztelendők.

Következtetés: Krisztus képének a latria kultuszát kell nyújtani.

60 Válaszok: Azt kell mondani, hogy a képek bevezetése az egyházba nem értelmes ok nélkül volt. Ugyanis hármas ok szerint lettek bevezetve, tudniillik az egyszerűek műveletlensége miatt, a kedélytörekvések lomhasága miatt és az emlékezet mulékonyasága miatt. — Az egyszerűek műveletlensége miatt találták ki őket, hogy az egyszerűek, akik nem tudják olvasni az írásokat, az efféle szobrokban és festményekben mintegy írásokban világosabban olvashassák a hitünk szakramentumait. — Hasonlóképpen a kedélytörekvés lomhasága miatt vezették be őket, tudniillik hogy az emberek, akik nem buzdíttatnak jámborságra az iránt, amit Krisztus értünk vitt véghez, ha azt csak a fülükkel érzékelik, legalább akkor buzdíttasanak, amikor ábrázolásokon és festményeken, mintegy a testi szemek számára való jelenlétben látják meg. Ugyanis jobban buzdíttatik a kedélytörekvésünk azáltal, amit lát, mint azáltal, amit hall. Ezért [mondja] Horatius:

*Minket a történet, csak hallva, nem üt szíven úgy, mint akkor, hogyha szemünk is látja, tanúk lehetünk rá.*

80 Az emlékezet mulékonyasága miatt, mert azokat, amiket csak hallunk, könnyebben átadjuk a feledésnek, mint azokat, amiket látunk. Ugyanis sok dologban gyakran beigazolódik, amit mondani szoktak: a szó bemegy az egyik fülön, és kimegy a másikon. Emellett nem mindig van jelen, aki a nekünk nyújtott jótéteményeket szavakkal visszavezesse az emlékezetbe. Ezért Isten rendeléséből van, hogy képeket csináltak különösen a templomokba, hogy látván azokat visszahívjuk az emlékezetünkbe a ránk fordított jótéteményeket és a szentek erényes műveit.

Mivel tehát Krisztus képe azért lett bevezetve, hogy megjelenítse azt, aki értünk lett keresztre feszítve, és nem magáért, hanem amazért mutatkozik meg előttünk; ezért minden tiszteletadás, amit neki [a képnek] ajánlunk fel, Krisztusnak nyújtatik. És ezért Krisztus képének a latria

offertur, exhibetur Christo. Et propterea imagini Christi debet cultus latrariae exhiberi. Et hoc est quod dicit Augustinus in libro tertio de Doctrina Christiana: *Qui veneratur tale signum divinitus institutum, cuius vim significationemque intelligit, non hoc veneratur, quod videtur et transit, sed illud potius, quo talia cuncta referenda sunt.* — Concedendae sunt igitur rationes, quae hoc ostendunt.

1. 2. Ad illud ergo quod obiicitur in contrarium, quod prohibitum est, ne quis faciat sibi imaginem; dicendum, quod pro eo tempore prohibitum est, in quo Deus humanam naturam nondum assumserat. Tunc enim, cum Deus omnino spiritus esset, infigurabilis erat; et ideo ipsum figurare erat error et impietas. Et pro illo tempore loquitur Damascenus, cum dicit, quod *insipientiae et impietatis est figurare quod divinitatis est*; verum est, secundum quod divinitatis est, quia est incircumscribibilis et infigurabilis; sed non est sic quantum ad humanam naturam. Unde subjungit, quod *Deus propter viscera misericordiae suae factus est homo et cum hominibus conversatus est, miracula fecit, passus est, crucifixus est; haec ad memoriam hominum scripta sunt et ad doctrinam nostram. Quia vero non omnes noscunt litteras neque lectioni vacant, Patres decreverunt velut quosdam triumphos imaginibus describere ad velocem memoriam.*

3. Ad illud quod obiicitur, quod creatura vivens nobilior est non vivente; dicendum, quod verum est de nobilitate reali, sed non oportet, quod hoc sit verum de nobilitate significationis, quia res parvi valoris rem nobilem significari potest. Cum ergo adoratur imago, non adoratur ratione nobilitatis quam habet in se, sed ratione nobilitatis significatae in se. Et si obiiciat, quod lapides et ligna ducunt in Deum; dicendum, quod non ducunt sic nec sunt principaliter instituta ad hoc, sicut imagines et picturae.

4. Ad illud quod obiicitur de imagine divinitus impressa, iam patet responsio: quia, cum talis homo sit creatura nobilis, offert se magis per modum rei quam per modum signi; et ideo honor, qui ei defertur, non omnino refertur ad primum exemplar, sicut honor, qui defertur imagini pictae vel sculptae. — Si autem aliquis coleret ipsam figuram tanquam rem, magis erraret, quam qui coleret creaturam rationalem. Unde Augustinus, de Doctrina Christiana: *Fateor, altius esse demersos qui opera hominum pro Deo colunt, quam qui opera Dei, ut statuam quam stellam.*

5. Ad illud quod obiicitur, quod illud videtur esse idololatrare; dicendum, quod verum est, si adorarentur ratione

96–99 Augustinus, *De Doctrina Christiana III*, c. 9, n. 13 (CCL 23, ##) | 111–116 Ioan. Dam., *loc. cit.*; *versio Burgundii*, c. 89, n. 3 (Buytaert, 332–333) | 112 Bar 3,38 | 134–135 Augustinus, *loc. cit.*, c. 7, n. 11 (CCL 23, ##)

95 kultuszát tartozunk nyújtani. És ez az, amit Ágoston a Keresztény Tanításról írt harmadik könyvben mond: *Aki egy ilyen Isten által elrendelt jelet tisztel, amelynek megérti az erejét és a jelentését, nem azt tiszteli, amit lát, és ami elmúlik, hanem inkább azt, amelyre az összes ilyen visszavezetendő.* – Helyet kell tehát adni az okoknak, amelyek ezt mutatják.

100 1. 2. Ahhoz tehát, hogy ennek ellene vetik, hogy meg van tiltva, hogy bárki képet csináljon magának; azt kell mondani, hogy arra az időre nézve van megtiltva, amikor Isten még nem vette fel az emberi természetet. Akkor ugyanis Isten, teljesen szellem lévén, ábrázolhatatlan volt; és ezért ábrázolni őt hiba és istentelenség volt. És erről az időről beszél a Damaszkuszi, amikor azt mondja, hogy *oktalanság és hitetlenség ábrázolni azt, ami isteni*; igaz ez aszerint, ami isteni mert az leírhatatlan és ábrázolhatatlan; de nem így van, amennyiben az emberi természetre [értjük]. Ezért fűzi hozzá, hogy *Isten az ő legbelsőbb irgalmasságából emberré lett, és társalgott az emberekkel, csodákat tett, szenvedett, keresztre feszített; ezeket leírták az emberek emlékeztére és a mi okulásunkra. Mivel nem mindenki ismeri a betűket és [nem mindenkinek] van szabad ideje az olvasásra, az atyák elhatározták, hogy ezeket mint valami diadalokat, képekkel írják le, hogy sebes legyen az emlékezet.*

3. Ahhoz, hogy felvetik, hogy az élő teremtmény nemesebb, mint a nem élő; azt kell mondani, hogy ez igaz a dologi nemességre, de nem kell hogy igaz legyen a jelentés nemességére, mert a csekély értékű dolog nemes dolgot képes jelölni. Amikor tehát a képet imádják, nem annak a nemességnek az okán imádják, amelyet önmagában birtokol, hanem a jelölt önmagában való nemességének okán. És ha [valaki] felveti, hogy a kövek és a fák Istenbe vezetnek; arra azt kell mondani, hogy nem így vezetnek, és nincsenek elsődlegesen erre rendelve, ahogy a képek és a festmények.

4. Ahhoz, amit az Isten által benyomott képről vetnek fel, mármost nyilvánvaló a válasz: ugyanis, mivel az éfféle ember nemes teremtmény, inkább dolog módjára, mintsem jel módjára mutatkozik meg; és ezért a tisztelet, amit neki nyújtanak, nem teljesen az első mintához vezetetik vissza, ahogy a tisztelet, amit a festett vagy faragott képnek nyújtanak. – Ha pedig valaki magát az ábrázolást úgy mint dolgot tiszteli, nagyobb hibázik, mint aki a racionális teremtményt tiszteli. Ezért [mondja] Ágoston a Keresztény Tanításban: *Elismerem, hogy mélyebbre süllyednek azok, akik az emberek műveit – így a szobrot –, mint azok, akik Isten műveit – így a csillagot – Istenként tisztelik.*

140 5. Ahhoz, hogy felvetik, hogy bálványt imádni láttatik; azt kell mondani, hogy ez igaz, amikor [a képet] önmaga okán imádták, úgy hogy azt hitték, hogy valami isteni van

sui, ita quod crederetur, aliquid divinum ibi esse; nunc autem non est sic, immo omnino aliter mentes fidelium venerantur; et ideo non servant idololatriae ritum. Et si tu obiicias, quod sunt occasio erroris; dicendum, quod etsi litterae sacrae fuerunt et sunt usque in hodiernum diem, et etiam aliae creaturae quandoque occasio erroris; non tamen propter hoc sunt litterae delendae, et creaturae destruendae, quia hoc divini iudicii est, ut *bonis sint in bonum, malis autem in mala convertantur*. Sic et in imaginibus est intelligendum.

6. Ad illud vero quod obiicitur, quod illud non habet auctoritatem in Scripturis; dicendum, quod multa Apostoli tradiderunt, quae tamen non sunt scripta. Unde Apostolus laudabat eos qui tenebant suas traditiones, et Ecclesia servavit fideliter quae ab Apostolis accepit. Narrat tamen Damascenus duo, quae sunt ad imaginis confirmationem. Unum est, quod *quaedam historia refert, quod Dominus Abgaro regi, qui pictorem miserat, imaginem Dei similiter picturare et figurare, nequeunte pictore propter coruscantes a facie claritates, ipse vestimentum propriae faciei divinae superimponens, in vestimento illo sui ipsius imaginem expressisset, et ita cupienti Abgaro misisset*. Et iterum: *Accepimus, Lucam, evangelistam, depinxisse Dominum et Matrem eius*. Et sic patet, quod non sunt adinventiones in huiusmodi imaginibus, sed divinae traditiones et apostolicae sanctiones.

benne; most azonban nincs így, sőt a hívők elméi egészen másképp tisztelnek; és ezért nem tartják fenn a bálványimádás rítusát. És ha felveted, hogy [a képek] tévelygésre adnak alkalmat; akkor azt kell mondani, hogy noha a szent betűk és más teremtmények is olykor tévelygésre adtak és adnak mind a mai napig alkalmat, azonban ezért még nem törörendők el a betűk, és nem pusztítandók el a teremtmények, mert az isteni ítéletre tartozik, hogy *a jóknak javára, a rosszaknak ártalmára váljanak*. Így kell ezt érteni a képekről is.

6. Ahhoz pedig, hogy felvetik, hogy annak [a képnek] nincs tekintélye az Írásokban; azt kell mondani, hogy az apostolok sok dolgot hagyományoztak, ami azonban nincs leírva. Ezért dicsérte az Apostol azokat, akik megtartották az ő hagyományait, és az Egyház híven fenntartja mindazt, amit az apostoloktól kapott. A Damaszkuszi pedig elmond két dolgot, amelyek megerősítik a képeket. Az egyik, hogy *valamely történet felidézi, hogy az Úr Abgarus király számára – aki egy festőt küldött, hogy fesse le és ábrázolja hasonló módon Isten képét, nem tudván a festő [Krisztust] az arcából ragyogó világosság miatt [lefesteni] – egy ruhadarabot tett saját isteni arcára, ebbe a ruhadarabba belenyomta a képét, és így küldte el a kíváncsi Abgarusnak*. És másodjára: *Tudjuk, hogy Lukács, az evangélista, lefestette az Urat és az ő anyját*. És így nyilvánvaló, hogy nincsenek koholmányok az efféle képekben [nem koholmány a használatuk], de vannak bennük isteni hagyományok és apostoli rendeletek.